

1510. 30. Iul.

783

Sigism: 1. Rex Polonie Andrea  
Radziejowski, Castellano Sochaw=  
vieu, & Capneo Ravensi:

210

Anna Vidua Dux Masoviae et nonnulli sub=  
diti Eius nuper, dum sal nostrum per Vislam  
dueretur, violentiam eidem sali intulerunt, Thelo=  
nea ab eodem sale Nro extorquentes in contem=  
ptum superioritatis Nrae Regiae; volentes itaque  
via Juris jus nostrum salvum habere, et justi=  
tiam consequi, Eandem Duxem et subditos crimi=  
nis reos citare ad conventum generalem institui=  
mus. Quoniam autem moris est, ut Citationes  
Ducibus per Consiliarios offerantur; committimus  
tuae Sinceritati, ut statim te ad Eandem Duxem  
conferas et Legationem Nro nomine apud eam  
obeas, quam tibi in scripto mittimus. Quam dictam  
Citationem ei presentem Cubiculario Nro et ceteris  
Nobilibus ac multi quos secum ad eum actum du=  
cas, tradas. Et subinde adhibeat Tuae Sinceritas  
Nobiles et Ministerialem a Domina Duce rece=  
pto astite, ut faciat citari eos nobiles, qui ejus=  
modi violentie rei ad nos delati sunt. Deneu=  
dat prius tua Sinceritas ad Amum Dnum Archi=  
Eppum Gnesnensem, qui ad informationem Nram ad=  
iciet id, quod opus censuerit. — Die 30. Septem=  
bris 1510.

